ad Acta Terrestria Praemislien. ante decursum Terminorum
addere et statuere. Quae adnotata et statuta tuber-
cum consensu consortem mariti sui in manus suis dicti Stanis-
lai Borzynski aut suis successorum de bonis suis dicti Stanislai
Swiatski ac aliis omnibus bonis suis post praedictum Stanislaum
Swiatski parentem suum contentum renunciare et abdicare
sub vadio Duodecim florenorum pecuniae monetae polonicae. Praeterea
se cum successoribus in bonis suis omnibus inscribit praesentem sub-
missionem ex Actis Actorum ad Acta Terrestria Praemislien. ante decursum
Terminus Anni transferre et transportare sub vadio
Duodecim florenorum pecuniae monetae polonicae. Pro quoquidem vadio
casu non satisfactionis submissorum transgressionis quovis se
praenominatus Kobylanski cum successoribus suis praefatum Borze-
ynski aut eius posteris citare permisit totiens quotiens ab omni
suo proprio foro et competenti Coram praesenti Castren. Praemi-
slien. officio cui se Castrensibus praesentibus respective cum successoribus
bonisque omnibus ultro incorporat se inque in primo citationis ter-
mino peremptorie stare parere respondere iuridicoque et
omnibus sinceriter satisfacere cum suis successoribus tuber totis
quovis ex suis fuit Nulla praescriptione Terrestri in praemissis obstan-
te terminis ipso primo peremptorio nullis modis aliis colori-
bus Motionibus Appellationibus caeterisque paradationes probi-
gnitionibus Evasionibus Refrictionibus praeiis ter trium
Narrarum Dilationibus ad quietationem vel extra simplici
infirmitatibus Statutisque ac Constitutionibus laudatis et
laudandis evadendum sub se cum successoribus omnibus iuris
remediis abrenuntiando Quod omnino firmat est.

Pechowski arendat Lasz-kmaniczki

Comparens personaliter Coram officio et actis praesentibus Ca-
stren. Capitaneatus Praemislien. Nobilis Stanislaus Pechowski
a Pallatinatibus Terris Districtibus Iuditiisque suis quibus- 125
busvis propriis ac foro competenti recedendo huic officio praesenti Ca-
stren. Praemislien. Iurisdictioni se cum successoribus bonisque
suis omnibus quo ad acta et effectum praesentium Inscriptionis
attinet incorporando et subiiciendo sanus mente et corpore
existens sponte ac per expressum recognovit. Quia Generoso
Nicolao Jaskmanicki et suis successoribus bona tenute
sua videlicet viginti cmethones in villa Wrobliowice existentia
sibi per eundem Nicolaum Jaskmanicki ex actis Terrestribus Prae-
mislien. in summa Mille et Centum florenorum pecuniae monetae obligatorio
inscripto in possessionemque ac usumfructum tradit Cum omni iure
dominio et proprietate omnibusque eorundem bonorum attinentiis et per-
tinentiis fructibus Censibus proventibus laboribus reddi-
tibus ac generaliter universis utilitatibus pro summa certa pe-
cuniaria iam ab ipso manualiter levata de qua eundem praesen-
tibus quietat liberumque cum ipsius posteris facit perpetuis
temporibus hinc ad festum Conversionis Sancti Pauli apostoli
proxime et immediate venturum arendavit et in arendam
locavit prout praesentibus arendat in arendam locat ac nomine
arendae inscribit. Dans et admittens eidem ipsi ex nunc coram
officio praesenti in bona praedicta arendata realem intromissionem cum
actuali et pacifica possessione per Ministerialem Pallatinatus Russiae.

eadem quemadmodum iuxta formam inscriptionis per ipsum Nicolaum
Jaglemanski et suis successoribus bona praefata nomine commisso sibi
arendata cum omnibus ut supra ratum est iure dominio et
proprietate tenuit habuit pacifice possidebat ac pro commodo suo
et successorum suorum meliori et utiliori convertebat usque
ad festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime ven-
turum et non ultra. Et hic idem coram officio praesenti stans personaliter
Generosus Nicolaus Jaglemanski a Palatinatibus Terris Distri-
ctibus Iudiciisque suis quibusvis propriis ac foro competenti rece-
dendo sese iure praesenti iurisdictioni se cum successoribus subjiciendo
sanus mente et corpore existens publice palam recognovit. Quia
bona praedicta nomine commisso sibi arendata non alio iure et modo
tenebit et possidebit nisi non vigore praesentis arendae ad
festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime venturum et non
ultra post expirationem dicti finiti temporis arendae
bona praedicta omnia libere dimittet et successores libere dimittent.
In quae praefatus Perchowski libere tanquam in sua propria in-
tromittet et successores intromittant. Nullamque propter hoc vio-
lentiam faciet et successores sui facient. Quod munimentum firmatum
est.

Wololieczki quietat Bilinski

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premislien.
126
personaliter constitutus Generosus Stanislaus Woloschyeczki a Terris Distri-
ctibus Iudiciisque suis quibusvis propriis ac foro competenti
recedendo sese iure praesenti Castrensi Premisliensi iurisdictioni

se cum successoribus bonisque suis omnibus quo ad hunc actum attinet
incorporando et subjiciendo sanus mente et corpore existens publice
palam ac per expressum recognovit. Quia a Nobili Iwan
Bilinski Slotschilo summam quadraginta quinque florenorum
pecuniae monetae Polonicalis ipsi per eum debitam Actis praesentibus Castrensibus
Premisliensibus in scriptis totaliter et in effectu recepit ac
in manibus levavit. Ratione cuius receptionis et levationis
summae eundem Iwan Bilinski et suos successores quietat
liberumque ac immunem facit et pronunciat perpetuis temporibus.
Inscriptionemque ipsam Castrensem Premisliensem super praefata sum-
ma scriptam cum omnibus eiusdem Conditionibus, punctis, clau-
sulis et articulis cassat, annihilat, mortificat, obliterat
perpetue et in aeternum sibi et successoribus suis ratione praemissorum
perpetuum imponendo silentium. Fecit sua praesenti recognitione mediante.

Bilinski submitit se Wololieczki

Stans personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus
Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Andreas Bilinski Slotschilo 126
a Terris Districtibus Iudiciisque suis quibusvis propriis ac foro
competenti recedendo sese iure praesenti Castrensi Premisliensi iuris-
dictioni se cum successoribus bonisque suis omnibus quo ad actum
et effectum praesentis inscriptionis attinet incorporando et su-
bjiciendo sanus mente et corpore existens publice palam ac per ex-
pressum recognovit. Quia se cum successoribus suis in bo-
nis suis omnibus in manus Nobilis Stanislai Woloschyeczki et